His itaque praeformati, atque delendenda ad applicatio-
nem, dicebam nullatenus hanc tenutam, ratione annexis
eius dicto caffo; confundam eis de illis dominis pa-
bleis, de quibus dicta Constitutione loquitur; quoniam etiam
in caffo, in quo sita est in territorio ejusdem castrorum, adiunc-
tio veniret unum ex praedictis privatis, que baro, vel
domicellus jure privati civis possidere potest in proprio
caffo, vel iusso; multo magis dum illa est extra dictum
territorium, & in agro Romano, cum que denotatur pote-
rium, ac particulariter territorium Romane Civitatis, con-
tra dictum ab illo territorio magis late, quod ad differen-
tiamenta explicatur sub nomine dicti lati, juxta distinctiones,
et quibus dico. 72. de regal. & alibi; & per con-
sequens ut considerandus variat tanquam privatus posse
potest in domino solum ius iuricidii, feudarii, juxta
deterabilium.

Quare si aliquos actus jurisdictionales in loco exercuntur,
id invenimus de facto ipsius referendum venti, cum ob certam
iuris resistentiam, ad hunc effectum, notescamus effet
explicitum privilegium Principis supremi, vel immemori-
bilis, cuius vigore illud allegari potest; atque si ea te-
stuta est per se unum, sive alterum, dicti non potest, quod
exinde resularet dictus effectus verè & propriè a bullâ con-
sideratur, dismembrationis scilicet a statu immediato, per
quoniam locus fiat de statu mediato, ut supra.

Necque alieius momenta esse advertebant, quod in ven-
ditione facta non effet contradicatio mentio huius tenuta
unde propterea vendita esset tanquam pars, & membrum
castrorum, quoniam ita docente quotidiana præz ius hujus
Congregationis baronum, juxta causas recentiores hujus, dico. 74.
cum pl. seqq. & dico. 13. & 151. de credito; ac etiam in Re-
gno Neapolitano, juxta causas recentiores edicti, de credito
dico. 22. & 27. & 30. & alibi, quando ad infantianum creditori-
rum baronum sit executio in castris, & locis iurisdictionali-
bus, sive etiam execuio in bonis privatis, & auctiib; quae
sile possident, non solum intra fines castrorum, vel loco-
rum, sed etiam extra, ut de executione domus, auctiib; que
bonorum existentium in Civitate Viterbiæ, & in aliis locis,
babeatur in caffo, de quo dico. 77. cum pluribus seqq. & alibi.

Ad omnem autem factum removendam, inheren-
do considerationibus, & rationibus, de quibus supra, dico.
61. advertebat alienationem fieri potest, ac debet cuia ha-
c expressa declaratio, ut scilicet concedatur tenura, tan-
quam praedium privatum, existens in agro Romano, ab
quo aliqua jurisdictione, vel iure territoriali, & ad solum
dominium utilitarianum, seu fructuarium, eodem modo,
quod sunt reliqua castra, & prædia privata in eodem agro
existentia.

Ex ista facta scilicet manet id, quod initio infinitum
est, ut scilicet nimirum notabilius causus confundat veniat ad
plures effectus; primò nempe quod iste fuerit primus causus,
in quo dicta Bulla baronum practicata fuerit, & quod forte
magis impulsi legislatorum ad illam edendam.

Secundo magis, quod cum (incertum est ex quo con-
filio) in eisdem castris porta inculpū sint nisi verius,

*Qui potenti minora negat,
majora amittit.*

Hinc vulgus credit, quod ob Pontificiam indignationem
originatam ab incivilitate possessorum, qui illo loco privati
fuerint, quasi quod fuerit privatio potentialis, & de facto,
jure illius supreme potestatis, de quo dico. 148. & 177. de
regal. & alibi pluribus; & quæ per non profectores, tyranni-
des dici solet; & tamen ex dicta facta serie liquet, quod fuit
licita, & canonica acquisitione ex causa onerosa, & corre-
cipiva, more injusliber privati pro justo pretio, quod credi-
toribus solutum fuit, unde propterea dicti vulgi opinio fal-
sa, & erronea degenerat, utin plerique alii contingit.

Tertio, quod ut plures ad materiam hujus bullæ adver-
titur, idem vulgus, partim ex ignorantia, & partim ex ma-
gnitate adversus illam bullam alloquitur, ut prodierit ad
effectum parandi occasione acquirendi castra, & bona ju-

risdictionalia pro nepotibus; & tamen Pontifex legislator
ad id nec quidem cogitavit, dum non solum istam neglexit
occasione, sed omnes alias, quæ ejus Pontificatus duran-
te sequuntur, adeo ipso vivente, ejus conjuncti, & arti-
ficii nihil mediante ista Congregationis baronum que-
suerint, sed curavit Pontifex solum re integrare statu
Ecclesiasticum, quo magis potuit, acquirendo, pre-
dicto mediante, Oppidum Neptuni, & Montem Sancti Joani-
ni, aliquæ familia loca ab inferioribus dominis possefa.

Et quanto quod non implicat, ut ille, qui est dominus
directus Civitatis, & castrorum, ac locorum existentium
eius dicto caffo; confundam eis de illis dominis pa-
bleis, de quibus dicta Constitutione loquitur; quoniam etiam
in caffo, in quo sita est in territorio ejusdem castrorum, adiunc-
tio veniret unum ex praedictis privatis, que baro, vel
domicellus jure privati civis possidere potest in proprio
caffo, vel iusso; multo magis dum illa est extra dictum
territorium, & in agro Romano, cum que denotatur pote-
rium, ac particulariter territorium Romane Civitatis, con-
tra dictum ab illo territorio magis late, quod ad differen-
tiamenta explicatur sub nomine dicti lati, juxta distinctiones,
et quibus dico. 72. de regal. & alibi; & per con-
sequens ut considerandus variat tanquam privatus posse
potest in domino solum ius iuricidii, feudarii, juxta
deterabilium.

E A D E M R O M A N A C A S T R I O R C I A N I ,

De qua supra Disc. LXX.

*Inter easdem partes cum resolutionibus
ut infra.*

De eadem materia, de qua d. dico. 70. An scilicet,
& quando dominum probetur per investitum
ram, & quando dominum iam probatum præ-
scribitur, vel præsumatur amissum. Et probato
domino castrorum, an exinde inferatur ad domi-
num prædiorum, & bonorum in eo existen-
tium.

S U M M A R I U M .

1. Veritas cum dubiis, & objectis melius inquiritur, & elucidatur.
2. De punctis, vel in punctionibus, in quas dividitur discursus.
3. De regulis, quod sola investitura non probat dominum contra tertium, & de limitatione concurrentibus adminiculis.
4. Quod in adminiculatis non dentur regulæ certæ, & de ratione.
5. De regularitate super adminiculorum pondere, & præ-
fertim, an id quod est adminiculum, habeat in suo
genere certitudinem.

Datur exempla.

6. De discrimine inter casum, in quo primordium concessio-
nis certum, & clarum, & alterum, in quo sit incer-
tum, & dubium.

7. De propositione non praesumendi dictum concessionis rei
alienæ, & quod etiam ea, quæ non ostineantur, con-
cedi soleant, & de ratione.

8. De canonizatione investitura, quod est in forma pro-
bante.

9. Quod sibi configi soleant per modernos antiqua docu-
menta.

Ideo eis non faciliter sit deferendum absque admini-
culis.

10. Ex retentione in Archivio proprio resulterat verisimilis
scientia.

11. Expenditur aliqua adminicula.

12. De distinctione inter revolutionem panalem, & alteram
non panalem ob lineam finitam, ad effectum ma-
joris, vel minoris probationis dominii.

13. Antiquitas excusat a rigorosa, & concludenti proba-
tione.

14. Declarat sur distinctione, de qua num. 12. et quando pro-
cedat.

15. De ratione cui innixa est eadem distinctione.

16. Declarat utrum alia conclusio, de qua n. 13.

17. De conclusione, quod probato dominio de preterito, illud
præsumatur de presenti, et quando procedat.

18. Post decursum unius seculi, allegari potest quicunque ti-
mulus ac mundo melior.

19 Pro-

19. Probatio presumpta non admittitur in iis, que sunt funda-
mentum intentionis actoris.

20. Expenduntur presumptions excludentes presumptions
de qua n. 17.

21. De conclusione, quod feudatarius, vel concessionarius non
prescribat invictus durante, quando procedat.

22. Quid pro lafsum centum annorum præsumitur finita in-
vestitura, & quando eis cum distinctione.

23. Per quantum tempus durare valent, & præsumantur
tres generaciones.

24. Ex identitate cognominis non infertur ad descendentes
vel parentem.

25. Quod sit vera, & propria prescriptio, & qualis im-
provisa, que presumptions potius redoleat.

26. Quod malum consilium sit allegare per prescriptioem, bo-
num vero allegare presumptionem.

27. De differentia inter unum, & alterum presudium: &
quare si melius illud presumptionis.

28. Expenduntur quedam adminicula post investitum.

29. Litis in qua actor succubuit, vel derelicta, non inducit
malam fidem, & non interrumptum.

30. Quod probato dominio castrorum, exinde non resulterat pro-
batio prædiorum, & bonorum intra eis fines existen-
tium.

31. De argumento exigui canonis, quid operetur, & quando
intret.

32. De potestate familia Pier Leone in Urbe, quando fue-
rit.

33. De eadem conclusione, de qua n. 30. & quando non pro-
cedat.

34. Concluditur qualis resolutio effet probabilitas.

35. Admissio, quod in iudicando, & concludendo non
consistit in conclusione, & doctrina, sed in eam
congrua applicatione.

D I S C . C XXXIII.

In ista præsumptio causa, cuius facti series recentetur su-
pra, dico. 70. expertus sum verificari vulgare dictum, quod virtus in infirmitate perficitur, sive quod aurum igne
purgatur, vel quod ferro via melius aperitur; quoniam etiam
cum in illis primis disputationibus, de quibus ed. dico. 70.
agitur, penitus nulla habita effet difficultas, adeo ut resolu-
tiones de plano producuntur super non probatio domini, quae
si superficialiter illa actuam fuit; potius dicti autem dif-
ficius editionem emanavit sententia ad formam ibidem in fine
enunciatarum trium disputationum coram Albergato, quarum
prima super dominio universali est impressa dico. 452.
par. 13. sec. cum altera precedens super iudicio particulari
dec. 282. sec. par. 13. communisque causa appellatio in ea-
dem. Rota Emerix sub die 15. Junii 1672. respondens fuit
dicta sententia confirmationis, sed reproposita causa cor-
odem Martii 1674. recedendo ad dictis, dictum fuit, sententia
est in dicta confirmatione, coram eodem approbando
primam resolutionem pro tentativa confirmatione, atque in
hoc statu causa reperiatur.

Hiis itaque disputationibus in ista secunda instantia tan-
tum, & præterim in ultima adversus resolutionem tot pre-
cedentibus contrariam, in qua disputatione fuit anterior, arque
curarum fuit, causa non maturius fieri potuit examine, plures
erant puncti; primus nempe, an confitetur de domi-
nio Ecclesiæ astrictis de tempore facta investitura, ac
quod fuit in anno 1286. Secundo, potius tunc, coquere tempore
attento, sufficiens adferat probations; an exinde inferri
potest ad dominium de presenti, ad effectum rei vendicatio-
nis contra tertium possessorum. Tertiò, an ob lapsum tanti
temporis intermedii intraret præscriptio, vel presumptionis
amissionis dicti dominii. Quarto, pro dicti temporis inter-
medi regulatione, an effet attendenda lis mota de anno
1571. vel potius altera fulcita de anno 1639. Et Quintò,
potius quod confitetur etiam de præfente de dominio Eccle-
siæ astrictis, qualis effet usus exinde resulterat quadam
& bona intra castris facta existentia.

Quatenus pertinet ad primum; non negabant scriben-
tes in contrarium, prout etiam contraria decisio expre-
sse admittit conclusionem, de qua dico. 70. n. 1. quod sola
investitura non probat dominum concedens, potissimum
est contra tertium possessorum, & accepit veritatem, ex
dicto ratione non dandi cumulum presumptionum, ac specialitatum,
sive dicendi presumptum, & incertum super alio pre-
sumptum, & incerto, ut locis citatis habetur.

Sive in materia dictis confessat, de qua in sua se de subi-
dit. de dico. 159. C. Sipio; si per instrumentum, vel aliam
scriptum, de cuius veritate, ac certitudine non dubitatur,
confitetur de expressa, & clara confessione, adeo, nisi ad-
ferit juris prohibiti, inter conjuges, sed ageretur inter non
prohibitos, aliquo dubio probaret concludenter, unde inter
prohibitos de derentur adminicula, tunc illa levior suffi-
cient, potissimum ubi non adit mixtura prejudicij tertii, inde-
pendens a strictitate; sed si ipsa confessio sit dubia, & incer-
ta, adeo illius veritatem ex adminicula explicitari oportet,
tunc utique longe majora, & efficaciora desideranda ve-
niunt, quoniam duplice operationem facere debent.

Ad quod etiam conferunt ea, quæ habentur plures sub-
dit. de fideicom. & præserum, dico. 82. super puncto, an filii
in conditione positi scribentur vocati, non solum vocatio
ne activa, sed etiam passiva, ita ut sit etiam gravata, quo-
niam ubi vocatio activa est certa, ut est in urbe ex statuto,
tunc facilius inferatur ad passivam, atque minores requiri-
tur conjecturæ; sed si etiam activa sit dubia, quia regula ju-

rum qualitate, & efficacia, quando nempe talia dicantur,
ut hinc operentur effectum.

In hoc autem, te vera, certa, & generalis regula, cuiuscum-
que applicabilis, statu non potest, adeo ut nescit error, sed
stultus species videatur illa aliquorum pragmaticorum, qui
procedere volunt cum regulis generalibus, vel cum illis aut
thoritatis, que diversos percipiunt causas, cum iuxta sepius
enuntiata sub diversis materiis, & præserum sub tit. de fidei-
com. & sub altero de dote, in proposito confessionis re-
cepto dotti, in administrativis probacionibus non detur cer-
tum, sed totum sit remissum Judicis prudenti arbitrio,
regulando ex singulorum causarum particularibus circum-
stantiis, ex quibus recte dari potest; ut in uno casu aliqua ad-
minicula sufficiant, & exuberant, in altero autem eadem, &
alia longe majora non sufficiant.

Applicando autem ad rem, ubi etiam circa istum idea-
lem punctum probacionis dominii, ut tunc, & de tempo-
re investitura, non descendendo ad effectum, vel ad con-
sequentiem, ut nunc, & de presenti, defideranda non es-
tent adminicula subsequentes, & à parte potest, juxta se-
cundum punctum, de quo infra, adeo ut inscienda es-
tent solam adminicula antecedentia, & à parte ante, ex
quibus comprobatum remaneret, quod tunc concedens ef-
ficit dominus, atque rem iuuam, non autem alienam conce-
ferit.

Ad hunc tam pro hujusmodi adminiculorum regulatio-
ne, & in majoris, vel minoris ponderis efficit defideranda, &
reflexendum esse in primis, ac principalius advertebant ad
certitudinem, vel respectivæ incertitudinem ipsius principi-
bus subjecti adminiculandi, nempe investiture, seu conce-
fessionis. Ubi enim illa de facto sit authentica, & vera, at-
que in suo genere certa, adeo ut super ejus forma probante,
ac veritate, nulla cadat questio, quæ solum reflingantur
ad regulam juris fundatam in superiori infinita tatione,
quod etiam res aliena concedi potest, stante certo pri-
mordio veritatis, adeo ut agatur de construendo ad dictum
præsumptum, sive adminiculatum super solo, vel super
fundamentis certis, & solidis; secus autem ubi ipsum pri-
mordium sit etiam incertum, ac dubium, unde propterea
congruat, ejus veritate, ac formam probantem explicari à
præsumptibus, & adminiculis, quoniam ita est construere
ad dictum præsumptum, & adminiculatum super solo, vel
fundamentis etiam præsumptum, & adminiculativis, quod
vel non est admittendum ex principio non dandi præsum-
ptum super præsumptum, vel falso adminicula efficit debent
nimis vehementia, & magna, adeo ut validè urgant.

Ut puta (ex gr.) quando adeat certa, & explicita alle-
natione bonorum, vel iuriis Ecclesiæ, adeo ut super ipso fa-
cto, vel utrum alienationis vanquam certa, & expre-
sivo nullam sit, quæ solum sit super ejus validitate ob requi-
sita solemnitas, & causa; tunc si accedit diuturna, paci-
fica, & unica observantia tricennalis, & ultra, hæc re-
quisita præsumuntur, & multò magis ubi etiam alla accedant
adminicula, ex iis quæ habentur dico. 1. de alien. & con-
tract. prob. & dico. 143. de dote, & alibi, ubi de materia
benepacit. Apostolico præsumpti, aliarumque solemnitas
cum præsumptum; sed si non conferit de titulo expre-
sivo, & certo, adeo ut deducatur præsumptum, vel adminicu-
lative, tunc dicta alia præsumptum non iurat, ex dicta ratio-
ne non dandi cumulum præsumptum, ac specialitatum,
sive dicendi præsumptum, & incertum super alio pre-
sumptum, & incerto, ut locis citatis habetur.

Sive in materia dictis confessat, de qua in sua se de subi-
dit. de dico. 159. C. Sipio; si per instrumentum, vel aliam
scriptum, de cuius veritate, ac certitudine non dubitatur,
confitetur de expressa, & clara confessione, adeo, nisi ad-
ferit juris prohibiti, inter conjuges, sed ageretur inter non
prohibitos, aliquo dubio probaret concludenter, unde inter
prohibitos de derentur adminicula, tunc illa levior suffi-
cient, potissimum ubi non adit mixtura prejudicij tertii, inde-
pendens a strictitate; sed si ipsa confessio sit dubia, & incer-
ta, adeo illius veritatem ex adminicula explicitari oportet,
tunc utique longe majora, & efficaciora desideranda ve-
niunt, quoniam duplice operationem facere debent.

Ad quod etiam conferunt ea, quæ habentur plures sub-
dit. de fideicom. & præserum, dico. 82. super puncto, an filii
in conditione positi scribentur vocati, non solum vocatio
ne activa, sed etiam passiva, ita ut sit etiam gravata, quo-
niam ubi vocatio activa est certa, ut est in urbe ex statuto,
tunc facilius inferatur ad passivam, atque minores requiri-
tur conjecturæ; sed si etiam activa sit dubia, quia regula ju-

ris libi resistente, oportet eam deducere ex conjecturis, quoce edidit discutum Italicum idiomate, in quodam liberum ad alterum effectum vocacionis passus, longe majoris & efficaciores esse debent cum similibus.

Alia quoque dictaminis ratione accedente inter casum, in quo ipsa concessio sic certa, adeo super eius substantia & veritate de facto nulla cadat dubietas, qua solum restringatur ad regulam juris, & alium casum, in quo dubietas eiunam facti accedit, quoniam priori casu aliud non urget in contrarium, ob quod iola concessio non probat, nisi dicas possibilias, ut etiam de re aliena concessio facta fuerit, sed haec possibilias, ut potius continet quamudam iuris prescriptionem, de facili tollitur per contrarias presumptions, & administrula facti, ac etiam per aliam iuris presumptionem, & administrula facti, alia que confundunt invensimilitudines, id est argumentum deducunt a fortiori, quod agebatur de Capitulo, & qualificatis, ut in presenti, quod agebatur de Capitulo adeo qualificato, id agente cum autoritate, & afferenti Cardinalem titularem, quod scilicet presumendum non sit delictum concedendi id, quod non est, ad tradire per Crot. con. nro. 10. & seqq. lib. 3. Rot. dec. 1. pro. 4. part. recent. sed in alio casu urgente maiores difficultates, quoniam ipsum factum veritatis concessionis negari posset, ut supra.

Ultrad quod ista presumptio fundata in exclusione delicti, nimium levis consideratur, quoniam non est eo, quod Ecclesia, vel Praeclarus quantumvis qualificatus faciat concessionem de re, quam tunc re vera non habebat; sed ab altero tanquam praeterea libera, & propria possideatur, resoluta turpitudine, vel delictum, dum fapis huiusmodi concessiones fieri solent de castris, & bonis, qui non habentur, ut potest ab aliis possessa, ob aliquam prætentionem, que in eis habeatur ad effectum, ut concessionis recuperetur, atque prætentio redigatur ad effectum, ut præsumtum præfectum fuit per Sedem Apostolicam sub Alexander VII. quod Marchionis Monteauto concessio fuit in vestitura castrorum Vallis, & Montiseneonis, qui possidet tanquam libera per principem Plumbini, juxta teriem, de qua hoc tit. dec. 54. & legg. unde proprietas in tractatu concordia conclusa, sed ineffectu, cum opus esset, ut Monteauto dicta in vestitura cederet, fuit examinatus articulus, de quo etiam supra hoc sit. dec. 71. in Rota cum plerique similibus exemplis.

In posteriori autem casu primordii incerti versari dicem, quod scilicet dicta in vestitura anni 1286. quae erat fundamentum intentionis Ecclesie agentis, non est adeo certa, & authentica, ut super illius veritate de facto nulla cadet quod, quod proinde ad solum punctum juris reduceretur, quoniam in antiquis disputationibus habitus in Rota coram Cotta, coram quo, tanquam judice fabricie S. Petri, ista lis initia fuit de anno 1317. in vīm Bulae S. Pii V. super bonis Ecclesie male alienatis, sub diebus 4. Februario 1375. & 9. Maii 1376. dictum fuit, quod instrumentum illius in vestitura anni 1286. non indigeret recognitionis, co quia verarentur in antiquissimis, & auctoritatibus, quae accedenter adminicula, de quibus infra, idemque dictum sub diebus 8. Junii, & 14. Decembri, ejusdem anni 1376. quarum aliquae sunt impresa in par. 1. dicer. nempe prima sub die 4. Febr. s. dec. 52. repetit. dec. 54. & secunda. 8. Maii 1376. est dec. 58. part. 1. dicer. & sic firmata fuit veritas, non quia illa est certa, sed quia in sensu tunc judicantium ita laudemur antiquitas, & adminicula, ergo est probatio presumpta, & adminiculativa.

Et nihilominus ubi hujusmodi antiquorum resolutionis revisio assumenta est, prout fieri debet, dicebam in congregatis, quoniam a dicta contraria decisione non est recessum, probabilitus venit sperciens recessus, quoniam nunc in ista materia magis aperte sunt oculi, qui tunc erant clausi, vel cœciunt, dum de dictum fuit artificium antiquorum falsariorum decurii facti, & præsumtum cuipidum Alphonsi Ceccarelli, qui ob istam causam sub Greg. XIII. per manus Justitiae obiit, conficiendi scilicet antiquorum temporum privilegia, & instrumenta, aliquae documenta, quae originalis faciem haberent, imitando illorum temporum characterem, & stylum, alias verisimilia argumenta, quamvis ab illorum defectum a peritis, sed probis, ac fidibus antiquariorum conviciti fuerint, ut preterit de isto Ceccarelo agitur inter Epistolas familiares Vincenzi Armanni Eugubini impressas Macerata anno 1674 vol. 2. p. 1. apologetica pag. 61. & seqq. occasione defendendi ab ista possibili confessione Ceccarelli, quoddam antiquum instrumentum in Eugubia Civitate existens, in quo sit mentio Petri Cardinalis de Capitucchis, & super qua defensione ego

agatur de devolutione penali magis odiosa, ob non solutionem canonum, vel ob alienationem, aut aliam speciem caducitatis; fecus autem ubi devolutione non penali, & non odiosa, ob lineam finitam, cum tunc probationes non requirant ad eadem concludentes, in id allegando firmata apud Cavalier. dec. 269. Buratt. dec. 602. nro. 9. & Dunoyer. dec. 741. nro. 7. & 939. nro. 6. Potissimum in antiquissimis, in quibus dicta impossibilis redditur probatio dominii, non enim domino docente de investiture administrata, ob quam emphatica qualitas iustificatur, bene intrat dicta distinctione, quod ad effectum devolutionis non penalis facilior probatio admittitur, quam ad alteram penalem, pro quia omnino clara, & evidens probatio desideratur, adeo posse nullum allegare valeat causam, vel credibilitatem, quia pœna excusat, istaque sunt veri, & proprii termini dictæ distinctionis, quæ præterea ad rem nostram omnino extranea remanet.

Potius eadem responsio eadē super alio assumpto antiquariatis, cum illud procedat, quando certum sit primordium veritatis, quod illa res, de qua est quodlibet, dependeat a concessione illius, qui ob devolutionem eam vendicare velit, posse autem id non negat in substantia, sed in qualitate, ut supra, arque ex parte domini agentis urgeat aequitas, vel justa causa, quae illum excusare debet a magis rigorosa probatione; ut puta, quia linea 16 concessionis longissimam habuerit durationem, quia penitus posseffores bonorum concessorum, pro tempore solvere canem, vel aliam recognitionem, neque jus dominii directe negarunt; quare ipse ob non factum casum devolutionis, dum obicebat singulis annis id, quod confequitur, neque aliam actionem expiri poterat; idemque si finita linea, posseffor obiecte velit, quod in vestitura, cuius vigore perit devolutio, & vendicatio, indigat exacta, & rigorosa probatione, tunc dominus reddi merebitur excusabilis, ob temporis antiquitatem, ob quam alia magis concludentes probationes perirent, recteque adaptari dicta ratio, atque cum hoc præsupponit loquuntur dictæ decisiones Millin. Coccin. Cavalier. & alia delicta allegate super ille assumpto antiquitatis, quod scilicet constaret de successiva observantia à parte posse, donec factus est casus devolutionis; sed ubi haec dicta, tunc antiquitas est potius retoretur in contrarium, infra in tertio puncto prædictions, vel presumptio cessationis dominii; ac propter ea concludentes quod assumpta efficitur in illis casibus, in quibus allegata, ac alia authoritates, locutae, coram rebus circumstantiis, & rationibus, nullatenus autem ad casum, de quo agitur, adaptarentur; etiam tenet antiquitas est considerabilis, ut robustus tributus scripti informi, quoniam juncta sit cum observantia, fine qua in nulla consideratione habenda venit, ut advertitur dicta 29. de iudic. n. 42. & alibi sequens.

Hinc advertebam, opus non esse, affumere alios punctos, ut supra distinctos, cum ob non probatum dominum etiam ex tunc, cessaret ita quæstio in radice; verum ad exuberantiam (assumendo secundum punctum super dominio de præfenti) dicibam, nil refutare, an probaretur, quod Ecclesia Adræs effet domina castri de anno 1286. si non docetur de continuatione, & competencye dominii de tempore intentitate vendicationis, ob intermedium spatium trium facultorum, in quo illud per redemptionem, vel alienationem, aliumve legitimum titulum amitti potuit, atque res effici libera, ut in favorabilibus decisionibus, & in tertio punto.

Super hoc autem in contraria decisione admittitur id, quod scribentes in contrarium dicere solebant, quod nempe probato jam dominio de tempore concessionis, illius continuatio, ac recentio præsumitur, ut qui docet se dominum, & possefforem de præterito, præsumatur etiam dominus, & posseffor de præfenti, ex iis, que habentur apud Cravett. de antiquis temp. part. 1. & 5. Vito in hac sub numer. 5. Macard. de probat. concil. 551. num. 1. & seqq. Menoch. libr. 6. presump. 62. num. 1. & seqq. Cyriac. concr. 204 nu. 41. & seqq. Rota dec. 590. num. 3. part. recent. rom. 3. per quos allegantur Dec. Ruin. & alii, de quibus etiam in contraria decisione.

Venimus, cum sibi ratione, cui dicta distinctione invenimus est, ea percutit calum, in quo non controvertatur dominum agentis in genere, & in substantia, adeo certi confit de præexistente, & continuante eius iure, ex continua solutionibus canonis, vel alterius responsionis, & ex recognicionibus, & confessionibus posseffori, cuiusque auctorum; sed solum quodlibet sit super qualitate dicti iustus, 17

preferendum, ut declarat idem Cravett. de antiqu. tempor. part. 1. sub num. 303. prope fin. ver. modo presens. Multo igitur magis quando adeo spatum intermedium toti seculorum dum unius tantum saeculi lapsus sufficit, ut possessor licet sit allegare quemcumque titulum de mundo meliorem adverius a Coorem super eus dominii amissionem, ex deductis d. c. de feudis, d. c. 3. de alien. & contrat. prohib. d. c. 21. de iudic. & alibi frequenter.

Et quidem, ubi nullas desuper habemus juris authoritates, vel rationes, ad sensum clare id probaret ipsa ratio, vel discursus naturalis, atque communis praxis, quoniam aliis esset penitus reuelare totum Mundum, si probatio etiam certa per authenticam documenta, & historias, ac inscriptions, aliquis species dominii antiqui duorum, vel trium, fortius quatuor seculorum retro, abique alia probatio retentionis, & continuationis, deberent de praesenti sufficere ad vindicationem adversariorum, cum histori doceant, plerique Civitates, oppida, castra, & loca, in Provincias, & ditiones a duabus, vel tribus, vel ulterioribus seculis retro possideri per aliquos, nunc autem esse posse aliquos, ut cuique infra mediocritatem in historis verato innotescit.

Secundum, quia in Rota, & curia receptum est, ut in 19 actore non admittatur probatio presumpta ex sola presumptione juris in iis, que sunt fundamentum sue intentionis, ut per adden. ad Gregor. decif. 53. decif. 202. num. 4. part. 5. recent. & advertitur d. c. 33. num. 15. de iudic. & alibi plures.

Tertio, quia tunc dicta opinio, qua contradicitoribus non caret, procedere possit, quando probatio ad eviduntur omnino certa, & concludens, adeo excludat contrarium possibiliter, quod est essentiale requisitum perfectae, henec concludentis probationis, ut habeatur d. c. 22. de iudic. num. 20. & alibi, secus autem, ubi est probatio presumpta, & administrativa, quoniam tunc est effeta de re inconveniens in iure reprobatum, de quo supra in primo puncto cumuli presumptionum, & specialitatem, atque defundim prae sumptum ex presumpto, ut in specie Arelitan, in add. Alciat. de prob. reg. 2. pre. u. mpt. 20. num. 4. Macard. de probat. concl. 551. num. 9. cum leg. Barthol. in fine posseditis, num. 5. & 7. C. de probat. apud quos alii referuntur; ideoque cum ex sapta firmatis in primo puncto, dominum, vel nullatenus probatum sit, vel si probatio presumpta, & administrativa, hinc sequitur, ut nullo pacto conciliari intret.

Et quartio, quod eadem presumpta tanquam simplex juris tantum tollitur per contrarias fortiores presumptions, ut ex Menoch. pre. sumpt. 62. n. 9. admittitur in d. c. 19. part. 4. rec. tom. 3. & in eadem contra decif. cum sit proposicio firmissima.

Multa vero in praesenti urgent contrarie presumptions 20 ad evidentiam, hanc simplicem, & nudam juris presumptionem elidentes; primò nempe spatium temporis adeo diuturnum, atque eo quod nec quidem fumus, vel signum aliquod detur retentionis, & continuationis dominii. Secundò tot alienaciones facta etiam in manus mortuas expressae prohibitas, qualis praesumt erat Hosipitale Sancti Spiritus, a quo possessor causam habebat. Tertio, enunciative plures, illa praesumt Franciscus Pierleone in decisionibus enunciata, de qua infra, quod quædam portio ad eam liberè spectaret pleno iure dominii. Et quartio fortiter, quoniam in eadem investitura Ecclesia concedens, sibi reservavit quædam tenutas, vel prædia, necnon decimas, alia jura; & tamen ista de praesenti non possidet, neque probat, quinim neque dat fumum, vel administrativum, quod a dicto tempore anni 1386. circa posse fidebat, atque actus dominii exerceretur; ergo sicuti amisit hec bona non concessa, sed retenta; ita etiam illud us, quod in Castro habere poterat; amittere potuit mediante aliquo legitimo titulo, cujus nunc memoria, & notitia post tot secula perire, ideoque prodiit dicta conclusio, quod post lapsum unius saeculi competit possibilitas allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem.

Pro exclusione istius effectus, ex adeo diuturni temporis lapsu resultantis, scribentes in contrario, quibus adhæret dicta contraria decisio, presumponendo, quod lapsus temporis allegatus ex hac parte, tanquam praesumtum presumptionis, duo dicebant: Primo nempe, quod praescriptio legali non potest per possessorem malæ fidei, qualis supponeretur auctor Principis hodierni possessoris ex eo, quod quædissit iure pendent. Et secundo, quod praescriptio non currat durante investitura, sed incipiatur post illam finitam,

quodcum id domino innotetur, praesertim vero Ecclesia, cui negligientia Pralati, vel administratorum prejudicare non potest; ideoque cum confaret, partem istius castri fuisse possessum per dictam Franciscam Pierleonom, quæ obiit anno 1371. hinc inferebatur, ut hoc tempore, & non prius, praescriptio inchoare debet, quatenus docetur, id ad Ecclesie notitiam devenisse, de quo non confitat, id est flante lice mota de anno 1371. ita cessare dicebant omnem difficultatem.

Quinimum ex ista circumstantia, quod castrum saltem in parte possessum fuisse per dictam Franciscam, inferbant clare probari effectuationem concessionis, quodcum ita ad eum adiunctum a parte postea, dum ad istam, ex dicta concessione facta eis majoribus, obveniente presumendum erat, juxta celebre conf. 145. Fulgo. ex pluribus deductis subtit. de iudic. & alibi.

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum praescriptio nis, qui est tertius, circa primum objectum deductum à mala fide resultante à lice, qua pendente, in authore possessoris vi, tiose alienatio facta est, illud de plano tollebat ex facto, ad eum continetur etrumne praesumptum facti, in quo doceretur id nullum habere sufficientiam, id est quia alia discussio juris non fuit necessaria.

Quo vero alterum punctum juris, ubi etiam procedendum est cum terminis praescriptio nis, dicebant esse quidem in puncto juris veram dictam propositionem, à me deducitam supra d. c. 3. hoc eodem ristulo, numer. 19. & 20. ubi allegant Bald. Cravett. Bellon. jun. Surd. Rosenthal. & alii, quod scilicet feudatarius, vel alter concessionarius, ejusque successores durante investitura numquam praescribunt, etiam per milia annos; verum eodem modo, quo supra in tota alia, fallacia manifesta era in applicatione ad casum; procedit etenim, quando ipse possessor, qui praescriptio nis allegat, vel eius authores possessori sunt possidere illa bona tanquam feudalia, vel emphyteutica in vim investitura, de qua agitur; quoniam tunc ipse causa possidens probat possedisse iure concedentis, non autem proprio; five in solo illo dominio subalterno, quod in investitura qualitas prebeat, vel faltem quod ita sit de jure presumendum, quia possessores habent causam ab investitu, ex cuius iure possiderint; secus autem ibi possessor, tam ex persona propria, quam ex illa authorum, totum id negat, atque profiteretur semper possidisse bona tanquam libera, & allodium alio iure, & titulo omnino independenter, tam à concedente, quam à concessionario, numquam vero in vim investitura, quoniam tunc conclusio non intrat, neque per somnum, ut ita distinguenda habeatur apud Bellon. jun. Surd. Rosenthal. & alios, de quibus dicto d. c. 19. num. 19. & 20. ideoque cum possessor, & authores possessori sunt possidere hec bona tanquam libera, pleno iure, omnino independenter, à concessionario, ac alia quam ex investitura, hinc conclusio extranea omnino remanet a causa.

Advertebam propter eam, quod non constabat quādum investitura duraverit, & an ex primis concessionariis fuerint, necne superstites filii, & nepotes, in quibus perfici potuerint tres generationes, ad quas concessio restricta fuit, ut etiam adiutetur supra, d. c. 70. ubi ex ista allegatur d. c. 402. Bich. de hoc non confito, sufficit lapsus annorum centum, & sic usque ad annum 1386. à quo tempore usque ad annum 1371. ubi etiam admittendum est, quod ex iure dicti debet mota lis, adeo spatum annorum 135. & sic ultra centenariam.

Ut etenim distinguendo firmatur in d. c. 402. Bich. & apud Zaratt. decif. 89. & 95. & decif. 227. numer. 17. & seqq. & 363. num. 1. & seqq. par. 13. recent. & sub titulo de emphyte. filii, & alii descendentes non presumuntur, nisi corum superexistentia probetur, talique probatione non facta, sufficit lapsus annorum centum; sed ubi adhuc haec probatio, tunc non sufficit dictum tempus, sed probandus est finis generationum.

Et nihilominus, ubi etiam haec probatio adfert, adhuc ante motam dictam item de anno 1371. adde dicitur spatum centenarium post finem trium generationum, cum in totum adeo spatum annorum 285. dictas vero generationes impossibile est durare per annos 135. Manifeste liquidem etrumne dicebant esse calculum scribentium in contrario, quod cum quilibet possit vivere usque ad centum annos, tunc tres generationes importare possint cursum pené trium seculorum, quoniam primi concessionarii, qui sunt de prima generatione, presumputur viri jam adulti, & maiores, ipsique post annum septuagesimum, vel parum ultra

ultra filios procreare non poterant, corumque filii, & nepotes non poterant procreare filios, nisi post pubertatem, & insue ad dictam aratam decrepitam; id est ita una vita confunditur cum altera, eo modo, quo habemus in Sacra Genesi super generationibus ab Adam usque ad Noe, quando vita hominum adeo longeva erat, ac etiam post diluvium à Noe usque ad Abraham, quando licet non est ita longeva, adhuc tamen ad plura facula ascendebat; & tamen secunda generatio filii, pro frequenti contingencia, per modicum spatum annorum quadragesima, vel quinquaginta circiter superabat vitam Patris, ex dicta ratione, quod una vita confunditur cum altera. Et per consequens bene calculando, juxta communem, & generalē contingentiam, impossibilis confundit est hæc duratio ultra annos 135.

Atque ad id comprobandum, advertebam, observavi'debere omnes decisiones, quas habemus in materia feudal, vel emphyteutica, cum restrictione ad tres generationes, que jam existerint, atque terminatae sint, quod non repeteretur causus, in quo hæc duratio ascendat ad metam annorum centum quinquaginta; liquidem in Affl. apud Merlin. dec. 20. & 420. duratur minus, quam per centum annos; idemque in plerisque casibus, de quibus agitur apud Coccin. dec. 21. 94. & in alteris recentibus dictis, de emphyte. d. c. 12. cum pl. seqq. & in aliis, adeo non detur causus alcenfus ad terminationem unius seculi, cum medietate alterius, sed multo minus.

Argumentum vero deducitur ab existentia dictæ Francisci de Pierleoni, qui supponit defundit de anno 1517. circiter, proflus fasilis, quinimum omnino contemplabile, cum eodem sensu veritatis esse dicebant, cum nulla detur probatio sufficiens, quinimum neque imperfetta, vel simplex sumus, quod isti Franciscus descendenter ab investiture, atque de illorum genere est, folaque similitudo cognominis, non docto, falso, per admittitudo, de identitate familiæ, & de descendentiis, in nulla penitus consideratione habenda est, etiam ad leviores effectus, ex iis, que latè in hac materia habentur d. c. 50. & seqg. de fiduciam, d. c. 32. de praeminent. & d. c. 1. de iure patr. & alibi plures, maximè quia dicebant, quod etiam de presenti in Urbe, & disticti plures adiunt etiam populares, & pauperes hujus cognominis; unde propter nullatenus ad causam adaptabilis est dicta presumptio deducit ex d. conf. Fulgo. cum procedat in filiis, aliquis descendenter, in quo non confitit de alio acquisitionis titulo, presumptio est, quod bona à patre, aliiq. acentibus provenierent.

Multo vero magis ob multa urgentia argumenta in contrarium, abesse dubio iam levem, ac simplicem juris presumptionem excludentia. Primo nempe, quoniam si ita est, ita Franciscus descendenter ab investiture, cum illam iuris authorum, qui uti potest, & sic docet per quantum tempus ipse, ejusque authores rem possident, adeo etiam concludat centenariam; sed quando idem se fuit cum dicto alio praesumptio, tunc reo, & possessor sufficit vincere fugiendo, seu negando, & sic non ex jure fuit antiquæ possessionis, sed ex iure non probata effectuationis investiture, cum administrativis a parte potest, quod non denotet; primò nempe, quod investitura effectum fortia sit, & secundò, quod possessor obtinet, ac possidat bona vigore illius investitura, excludendo possibilitem, quod ab alio non obtinetur, ut cum tertio requiri firmatur supra d. c. 70. & in decif. favorabilibus; id est que acti venient cum praesidio, reus, & possessor replicare potest acti, ita non sufficit ad sua actiones fundimentum, nisi etiam doceas cum administrativis a parte potest, quod illa effectum fortia sit in meis authoribus; absque necessitate doceri per quantum tempus ipse possederit, ex regula, quod res sufficit vincere per non ius, & sic negando, & fugiendo.

Alla quoque vigente differentia inter istas species, quod in illa formalis praescriptio nis sunt multa subductions, de quibus d. c. 21. de iudic. & praesertim in bonis Ecclesiæ, illa vita Prelati alienantes, secus vero in altera specie presumptionis, ut d. c. 1. de alien. & contr. prohib. & d. c. 143. de date, & alibi.

Ad istum magnum, ac re vera inevitabile scopulum diuturnitatis temporis evitandum, scribentes in contrario, magnum faciebat fundamentum in quibusdam literis Apostolicis Benedicti Duodecimi, de anno 1340. & Calixti III. de anno 1457. innovantibus superius enuntiatas literas Calixti II. anni 1323. in quibus inter bona, & iura istius Ecclesiæ enumeratur illud Castrum Orciani; ita etiam duo restarunt diebant; primò nempe, quod ita in annis 1340. & 1357. terrumprum fuerit dictum diuturnum silentium; & secundò, quod ita adesse dicerentur administrativa a parte potest, dum